

eisdem fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, & distributionibus usque ad summam, & quantitatem predictam, uni, vel pluribus aliis personis, etiam per eos nominandis, etiam quacumque, quotcumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, seu clericali saltem caractere insignitis, & aliis pensionum hujusmodi capacibus, etiam eis quoad vixerint, vel eorum procuratoribus ad id ab eis speciale mandatum habentibus, iisdem modo, & forma, quibus eisdem Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac eorum singulis reservata, & assignata fuerint, etiam absque consensu eisdem pensiones solvere debentium desuper praestando, usque ad summam, & quantitatem predictam, etiam literis Apostolicis super reservationibus, & assignationibus hujusmodi non confectis, ac aliis cum omnibus, & quibuscumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clausulis, cautionibus, vinculis, obligationibus, & cautelis, ac etiam censuris, & penis in prioribus reservationibus hujusmodi concessis, & contentis, integre persolvendas reservare, constituere, & assignare valeant, eisdem auctoritate, & tenore de speciali gratia indulgemus.

Facultas disponendi de quibuscumque bonis, usque ad summam mille ducatorum auri de Camera ad favorem hinc descriptorum.

§. 10. Necnon eisdem Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac eorum singulis, ut de omnibus, & singulis domibus, praediis, possessionibus, terris, & locis, ac jurisdictionibus, ceterisque bonis mobilibus, & immobilibus, quae tamen non sint altaris, vel altarium Ecclesiarum illis, & eorum cuilibet pro tempore commissarum, seu alicui speciali earum servitio, vel ministerio, aut alias divino cultui, vel usui dedicata, seu ad ejus usum confecta, seque moventibus, cujuscumque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretii, & conditionis existentibus, ac juribus, & actionibus a eos ratione quarumcumque Cathedralium, etiam Metropolitanarum, & Patriarchalium Ecclesiarum, quibus hactenus praefuerunt, & ad praesens praesunt, necnon ad quas eos forsitan deinceps transferri, & quibus eos praefici, & praesse contigerit, necnon Monasteriorum, Prioratuum, Praepositarum, dignitatum, ac aliorum quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, & quorumvis ordinum regularium, quae etiam ex quibusvis concessionibus, & dispensationibus apostolicis in titulum, commendam, administrationem, ac aliis quomodolibet obtinuerunt, obtinent, & obtinebunt, ac fructuum, reddituum, & proventuum Ecclesiasticorum, necnon pensionum annuarum super similibus fructibus, redditibus, & proventibus eisdem Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, ac eorum singulis reservatorum, & assignatorum, ac reservatarum, & assignatarum, reservandorum, & assignandorum, reservandarumque, & assignandarum, quos, & quas perceperint, percipiunt, & percipient in futurum, necnon emolumentorum quorumcumque Romanae

Curiae officiorum, ac aliis quomodolibet spectantibus, & pertinentibus, necnon eorum, & cujuslibet eorum industria, & labore quomodolibet, & undecumque, licite tamen acquisitis, & acquirendis, ac aliis, etiam de muneribus, & officiis, quae exercuerunt, ac eos exercere contigerit, & alia quavis occasione, vel causa, seu contemplatione ad eos perventis, & perventuris, etiam si in pecunia numerata, ac localibus, gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant, tam in dicta Curia, quam extra eam ubique locorum, & penes beneficia ipsa existentibus, quorum omnium qualitates, & veros etiam annuos valores, etiam si talia forent, quae in generali appellatione honorum, & suppellectilium non venient, sed specialibus indigerent vocabulis, praesentibus, ac si specificis, & sigillatim exprimerentur, & denominarentur pro sufficienter expressis, & declaratis haberi volumus, usque ad summam mille ducatorum auri de Camera, tam pro decentibus, & honestis impensis sanebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui illis viventibus inservierint, etiam ultra servitii meritum, ac in eorumdem Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & eorum singulorum consanguineorum, & affinium, ac quorumcumque piorum locorum favorem, & usum, & aliis pro arbitrio, & voluntate eorum, & cujuslibet eorum, absolutis prius tamen de omnibus bonis praedictis aere alieno, & iis, quae pro restaurandis domibus, seu aedificiis consistentibus in locis Ecclesiarum, vel beneficiorum per eosdem Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, ac eorum singulos obtentorum culpa, aut negligentia eorumdem Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, ac eorum singulorum, aut illorum, procuratorum destructis, vel deterioratis, necnon recuperandis aliis juribus earumdem Ecclesiarum, vel beneficiorum deperditis ex culpa, vel negligentia supradictis, fuerint opportuna, deductis, & sine praedictio literarum, seu constitutionum apostolicarum super residentia editarum, & iurium Camerae Apostolicae, quoad bona jurisdictionalia, testari, ac testamento, codicillis, fideicommissis, legatis, donationibus, tam inter vivos, quam causa mortis, ac aliis quibuscumque modis, & titulis, scriptura, etiam minus solemniter coram duobus, vel tribus testibus, aut etiam cedula sola manu illorum scripta, vel subscripta, ac aliis in omnibus, & per omnia, prout quemadmodum eis videbitur, etiam in ipsa Curia, & in mortis articulo, etiam nulla facta mentione praesentis, vel aliarum illis pro tempore concessarum similibus facultatum, aut quod in vim illarum testari, seu disponere velint, & intendant, semel, atque iterum, aut pluries statuerent, disponere, ac ordinare, itant quicquid testatum, gestum, aut ordinatum, vel aliis dispositum ab eis fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac aliis omni meliori modo valeat, & servari debeat, ipsaque testamen-

ta, codicillos, dispositiones, ordinationes, donationes, legata, & statuta pluries, ac toties, quoties eis videbitur, moderari, limitare, ac etiam in totum revocare, & alia de novo edere libere, & licite valeant, auctoritate, & tenore praemissis plenam, & liberam concedimus facultatem.

Defectus super eisdem dispositionibus, quoscumque supplet.

§. 11. Et nihilominus quacumque hujusmodi testamenta, legata, donationes, dispositiones, & alia de hujusmodi bonis, juribus, & actionibus, fructibus, pecuniis, localibus, aliisque rebus supradictis, etiam in favore consanguineorum, & affinium praedictorum, ac aliis quomodolibet ab eisdem Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & eorum singulis facta, cum omnibus inde sequentibus, ac etiam ea, quae per illos in futurum quomodolibet fient, ex nunc prout ex tunc, & e contra approbamus, & confirmamus, omnesque, & singulos juris, & facti, ac solemnitate omittimus, & omittendum, necnon substantiales, aliosque defectus quoscumque, si qui intervenerint, aut intervenerint in eisdem, etiam si tales sint, vel fuerint, quod specialis, & specifica de illis mentio praesentibus habenda esset, supplemus.

Inhibitio contra molestantes.

§. 12. Distinctis inhibentes quibusvis Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Praelatis, necnon Camerae praedictae Praesentibus, & Clericis, ac eorum, necnon Fabricae Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, ac Cruciate sanctae, ac aliis Collectoriis, & subcollectoriis, ceterisque cujuscumque dignitatis, status, gradus, & conditionis existentibus, etiam quavis auctoritate, & potestate fungentibus, ne, unversitates, Collegia, ac loca, legatarios, haeredes, & personas, necnon testamentorum, voluntatum, & ordinationum hujusmodi exequutores praedictos, directe, vel indirecte quovis quaesito colore, vel ingenio molestare audeant quoquomodo, vel perturbare.

Clausula reservativa.

§. 13. Ac decernentes, praedicta omnia, & singula, praesentisque literas, ac omnia, & singula in illis contenta, necnon testamenta, donationes, codicillos, fideicommissa, legata, ordinationes, derogationes, dispositiones, & alia quaecumque, necnon quae in praemissis facta sunt, aut earumdem praesentium vigore fieri contigerit, tam in vigore praesentis, quam aliarum concessionum illis factarum, ac deinceps in genere, & in specie faciendarum cum inde sequentibus, & sequentibus, valida, firma, & efficacia fore, necnon perpetua firmitate subsistere, suoque plenarios, ac omnes effectus sortiri, & obtinere, nec etiam per translationem ad Metropolitanas, vel Patriarchales Ecclesias, vel quamlibet aliam status, & personae ipsorum Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, ac eorum singulorum respectu mutationem, nec per similes, vel dissimiles gratias illis concessas, & concedendas confundi, sed ipsis cumulative in omnibus, & per omnia uti, & si quid in una ex facultatibus hujusmodi defecerit, id per aliam suppleri debere, nec haeredes, legata.

tarios, ac loca, ad quos, seu quae, bona, jura, & actiones devenient, vel quibus relinquentur, aut exequutores praedictos ad tertiam, seu aliam eorum partem: quam etiam ex nunc illis, ac locis, haeredibus, legatariis, ac donatoriis praedictis liberaliter concedimus, & donamus, Camerae, vel Fabricae, aut beneficiis praedictis, etiam pro expeditione contra infideles, & quibuslibet aliis quantumlibet piis usibus solvendum, aut cum iis desuper componendum, vel ipsos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & eorum singulos ad aliam particularem licentiam, sive indulgentiam, aut confirmationem praesentium a Nobis, vel Successoribus nostris Romanis Pontificibus petendum, aut impetrandum, vel etiam in alia simili gratia, sive ejus confirmatione illis quomodocumque concedenda de praesenti mentionem aliquam faciendum teneri, nec ad id ulla umquam necessitate cogi posse.

Decretum irritans.

§. 14. Et sic in praemissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac eisdem S. R. E. Cardinales, necnon pro tempore existentes ejusdem Camerae Camerarium, Praesentes, & Clericos in quavis causa, & instantia judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exequutores istius Constituti.

§. 15. Quocirca Venerabilibus Fratibus nostris Ostiensi, & Portuensi Episcopis, ac dilecto filio causarum Curiae Camerae Apostolicae generali Auditori per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes literas, & in eis contenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte ipsorum Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, seu alicujus eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra eisdem praesentes, & in eis contenta quaecumque firmiter observari, ac eos illis omnibus pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos per quoscumque quavis auctoritate fungentes contra praesentium earumdem tenorem quomodolibet indebite molestari, inquietari, vel perturbari; Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & penas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contraria tollit.

§. 16. Non obstantibus praemissis, ac pia memoriae Bonifacii Papae VIII. etiam Praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad iudicium non trahatur, necnon Lateranen. Concilii novissime celebrati de certorumdem Notariorum numero, etiam si ad illum nondum devenitum fuerit, cui

Confirmatio divisionis Provinciae S. Augustini Fratrum Recollectorum Discalceatorum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Hispaniarum in quatuor Provincias, ac electionis Vicarii generali nonnullarumque Constitutionum per dictos Fratres in Capitulo factarum.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam

Exordium. AD sacram Beati Petri Sedem, meritis licet imparibus, divina providentia vocati, ad ea, per quae Christiani sub suavi Religionis iugo, & strictioris observantiae regulis Altissimo famulantes, in laudabili eorum instituto perseverare valeant, libenter intendimus, atque ea, quae propterea provide facta fuisse dicuntur, ut firma, & illibata persistant, apostolica confirmationis robore communimus, aliasque disponimus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§.2. Alias siquidem a se; rec: Clemente Papa Octavo Praedecessore nostro emanarunt literae tenoris subsequens videlicet,

CLEMENS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Procurium. APOSTOLICI muneris Nobis licet immeritis divina dispositione commissi ratio postulat, ut Religiosorum quorumcumque eorum praesertim, qui sub strictiori Regula observantia Altissimo famulari student, quieti, & prospero regimini libenter consulamus, eosque specialibus favoribus, & gratis prosequamur, prout in Domino conspiciamus salubriter expedire.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, Venerabilis frater Dominicus Archiepiscopus Sipontinus, noster, & Apostolicae Sedis in Regnis Hispaniarum Nuncius vigore commissionis, & facultatis per Nos sibi ad hoc per nostras in forma Brevis literas sub Dat. die 24. Martii 1601. expeditas, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, attributa, assentientibus, & petentibus dilectis filiis Priore Provinciali, & Fratribus Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Calceatis Provinciae Castellae ab eorum Provincia, dilectos etiam filios Definidores, & Fratres Recollectos, seu Discalceatos ejusdem Ordinis sancti Augustini in praedicta Provincia Castellae existentes, eorumque Conventus Matriti, Talaverae, Nabae, Portilli, & Tovosi, ac alios fundatos, & fundandos, necnon res, & bona quaecumque perpetuo separaverit, & segregaverit, ac a gubernio, & superioritate Provinciali, & Fratrum Calceatorum praedictorum exemerit, & liberaverit, ac alias circa statum, & gubernium eorumdem Fratrum Recollectorum Discalceatorum disposuerit, & ordinarit, prout in ipsius Dominici Archiepiscopi, & Nuncii patentibus literis desuper expeditis, quarum etiam

Archiep. Sipontinus auctoritate apostolica distinxit, ac separavit Fratres Recollectos, seu Discalceatos Provinciae Castellae a superioritate, & gubernio Provinciali, & Fr. Eremit. Calceat. d. Ord. ejusdem Provinc.

Pont. instantibus praedictis Fr. separationem approbat & confirmat.

tenorem praesentibus pro expresso haberi volumus, plenius dicitur contineri.

§.2. Nos eorumdem Fratrum Recollectorum Discalceatorum quieti, & prospero statui amplius consulere, eosque, ut strictiorem regularem observantiam, quam profitentur, ad Dei laudem, & Christiani fidei adificationem, & animarum salutem, ut decet retinere, & observare possint, specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, necnon Definitorum, & singulares Fratres Recollectos Discalceatos hujusmodi a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotati existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine per dilectum filium Joannem de S. Hieronymo eorum Procuratorem generalem in Romana Curia residentem Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, separationem, & divisionem ipsorum Definitorum, & Fratrum Recollectorum Discalceatorum Ordinis Eremitarum S. Augustini in quacumque Regnorum Hispaniarum parte existentium a Provinciali, & Fratribus Provinciae Castellae Ordinis Fratrum Calceatorum Eremitarum S. Augustini a praedicto Dominico Archiepiscopo, & Nuncio factas, & prout illas concernunt, literas patentes ejusdem Dominici Archiepiscopi, & Nuncii desuper expeditas, auctoritate apostolica tenore praesentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque perpetuae, & inviolabilis apostolicae firmitatis robur adicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui in eisdem intervenerint supplemus; & nihilominus Definitorum, & Fratrum Recollectos Discalceatos Regnorum Hispaniarum praedictos, eorumque Conventus, res, & bona quaecumque a Provincia, Provinciali, & Fratribus Calceatis dicti Ordinis Eremitarum S. Augustini, tam Provinciae Castellae, quam aliarum quarumcumque Provincialium, eorumque cura, gubernio, & superioritate, auctoritate, & tenore praedictis, quatenus opus sit, de novo dividimus, & separamus, ac eximimus, & liberamus.

§.3. Ipsosque Definitorum, & Fratres Recollectos Discalceatos, eorumque Conventus, tam haecenus receptos, quam deinde recipiendos in Regnis Hispaniarum existentes, in Provinciam S. Augustini nuncupandam Fratrum Recollectorum Discalceatorum Hispaniarum perpetuo erigimus, & instituiamus.

§.4. Eiusque Provinciae sic erectae, & institutae Praelatum de cetero Priorem Provinciale ejusdem Provinciae S. Augustini denominari, & in Capitulo Provinciali, tam hac prima vice, quam deinceps quandoque opus fuerit, de triennio in triennium, juxta regularia eorumdem Fratrum Recollectorum instituta, canonice eligi debere volumus, & declaramus.

Eosque sic separatos cum suis Conventibus in Prov. S. Augustini Fr. Recollectorum Discalceatorum Hispaniarum nuncupandam instituit.

Et Praelatum dictae Provinciae Priorem Provinciale denominari, ejusque electionis in Capitulo Provinciali trienniali juxta ip-

Ipsis

Provinciam sic erectam, omnibus privilegiis, & Fratribus Ordinis S. Augustini concessis, & praesertim Provinciae Castellae gaudere indulget.

§.5. Ipsi vero futuro Provinciali, ac ceteris Superioribus, Fratribus, & Conventibus ejusdem Provinciae S. Augustini, ut omnibus, & singulis privilegiis, & gratiis, indultis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, favoribus, concessionibus, & indulgentiis, quibus alia Provinciae, aut Provinciales, Conventus, & Fratres dicti Ordinis Eremitarum S. Augustini, & praesertim quibus dicta Provincia Castellae, ejusque Provincialis, atque Conventus, & Fratres uti, frui, potiri, & gaudere solent, & possunt, ac poterunt quomodolibet in futurum (salva regulari eorumdem Fratrum Recollectorum Discalceatorum observantia) uti, frui, potiri, & gaudere possint, & valeant, concedimus, & indulgemus.

§.6. Hanc autem Provinciam S. Augustini Fratrum Recollectorum Discalceatorum Hispaniarum, ejusque Priorem Provinciale, Conventus, & Fratres nunc, & pro tempore existentes, jurisdictioni, visitationi, correctioni, & reformationi dilecti filii Prioris generalis totius Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini immediate subjicimus, & supponimus, ac ab ipsomet Priore generali personaliter visitari, & reformari posse, qui Prior generalis in visitatione hujusmodi unum Definitorum eorumdem Fratrum Recollectorum, ex antiquioribus, & alterum religiosum magis idoneum ex eisdem Fratribus Recollectis, illum de statu totius Provinciae S. Augustini hujusmodi informare possint, & debeant, assumere veniant.

§.7. Verumtamen ipsorum Priorem, Generalem neque ante, neque post hujusmodi visitationem, neque in ipso actu visitationis ipsi Fratribus Recollectis aliquam exemptionem, aut libertatem concedere, neque constitutionibus, & regularibus institutis ejusdem Provinciae S. Augustini derogare, sed illorum transgressores castigare, ac poenis in eisdem constitutionibus inflictis afficere posse.

§.8. Insuper neminem, qui professionem per eisdem Fratres Recollectos Discalceatos emitti solitam, non emisit, eorum habitum sub excommunicationis majoris poena induere posse.

§.9. Et si quem non professum hujusmodi eo habitu indutum reperiri contingat, ipso habitu exui, & privari a quocumque licite posse.

§.10. Neque etiam quicumque Fratri Recollecto Discalceato professio ad Fratres Calceatos ejusdem Ordinis, five ad quemcumque alium Ordinem laxiorem sine speciali Sedis Apostolicae licentia transire licitum esse, & secus facientes, poenas per apostolicas constitutiones, & regularia ejusdem Ordinis instituta infligas, eo ipso incurrere.

§.11. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sedis Apostolicae Nuncios, etiam de latere Legatos judicari, & definituri debere, ac ir-

Eamque necnon. Prior. Provinc. Conventus, & fratres jurisdictioni, correctioni, & reformationi Prioris generalis totius Ordinis S. Augustini immediate subjicit.

Cum prohibitionem tamen concedendi aliquam exemptionem, aut libertatem Fratri Recollecto aut eorumdem Constitutionibus derogandi

Vel aliquem non professum Recollectori habitum induendi sub excommunicationis majoris poena

Hujusmodi habitum induci a quocumque privati posse decernit. Transitum a Discalceato ad Calceatos, five ad alium laxiorem Ordinem interdictum

Aliiter judicari potestatem subtrahit.

ritum, & inane quidquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & ordinamus.

§.12. Ceterum circa alia, quae praesentibus non sunt expressa, Provinciam praedictam S. Augustini, eorumque Conventus, & Fratres juxta regularia instituta, & constitutiones in Capitalibus Provincialibus ejusdem Provinciae canonice faciendas, gubernari debere statuimus.

§.13. Quocirca praedicto Dominico Archiepiscopo nunc, & pro tempore existenti nostro, & Apostolicae Sedis in eisdem Regnis Hispaniarum Nuncio, ac Venerabili fratri Archiepiscopo Toletano, necnon dilecto filio Curiae causarum Camerae Apostolicae generali Auditori per praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, praesentes literas, & in eis contenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Provincialis, & Fratrum Recollectorum Provinciae S. Augustini fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant, auctoritate nostra, praemissa omnia, & singula in violate perpetuo observari, & Provinciale, & Fratres dictae Provinciae S. Augustini eorumdem praemissorum effectu pacifice frui, & gaudere; non permittentes, eos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari; contraditores quoscumque per censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.14. Non obstantibus fel. rec. Bonif. Papae VIII. Praedecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate praesentium ad iudicium non trahatur, aliisque constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac ejusdem Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, & dictae Provinciae Castellae, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, ac Provinciae, necnon Generali, Provinciali, ceterisque personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac alias in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, & confirmatis, & approbatis; Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes.

Provinciam; praedictam in aliis praeter hic expressa juxta eisdem institutum, & constitutiones gubernari debere statuit.

Executores huius sanctionis deputat.

Contraria removeat.

privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis eorum omnium tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 23. Augusti 1622. Pontificatus nostri Anno Secundo.

LXXIII.

Confirmatio, & ampliatio Constitutionis Pii Quarti editae contra Sacerdotes in Confessionibus Sacramentalibus Poenitentes ad turpia sacramentalia.

Hae Pii Constitut. XXXVII. Cum sicut legitur Tom. IV. Par. II. fol. 77.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Procurium.

Universi Dominici gregis curam quamquam immeriti, coelesti dispositione gerentes, sedulo invigilare tenemur, ut ab omnibus pravis contagiis conservetur immunis, multoque majori studio providere, ut omnis pestis ab iis avertatur, quibus alios sanandi officium est commissum, ne quod Evangelica scripta Nos admonent, sale infatuato non sit, in quo saluatur, & ad nihilum profert ultra, nisi ut mittatur foras, & conculetur ab hominibus.

Pont. contra Confessiones sollicitates ad turpia poenitentes, leges edixerunt.

§. 1. Quoniam autem a Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris quibusdam in locis provisum fuit, ut impium, ac nefandum scelus, quod non solum inter Christianos fideles non esse, sed nec etiam nominari debet, procul ab iis arceatur, videlicet, ut aliquis Sacerdos ad sacras audiendas confessiones deputatus, sacrosancto Poenitentiae Sacramento, sollicitando poenitentes ad turpia, abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aspidem porrigat, & ex coelesti medico infernalis veneficus, ex patre spiritali proditor execrabilis animarum reddatur: idcirco Nos ea, quae his perniciosissimis diaboli insidiis arcendis certis locis salubriter constituta sunt, ut nullibi desiderentur, quantum ex alto conceditur, providen. duximus.

Pius IV. suam desuper edidit Constitut. citat.

§. 2. Alias siquidem a fel. rec. Pio Papa Quarto Praedecessore nostro emanarunt literae tenoris subseqentis, videlicet: Pius Papa Quartus. Venerabili Fratri Archiepiscopo Hispalen. in Regnis Hispaniarum haeretica pravitatis Inquisitori generali. Cum sicut nuper &c. Omittitur residuum, quia legi potest ipsa Constitut. in Rubr. citat.

Hic Pont. illa praecipit inviolabiliter observari.

§. 3. Igitur, ut literae praedictae perpetuis futuris temporibus, & ubique locorum inviolabiliter observentur, Motu proprio,

& ex certa scientia, ac matura deliberatione nostra, ac de consilio Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium contra haeticam pravitatem generalium Inquisitorum praesertim literas hujusmodi, ac omnia, & singula in eis contenta Apostolica auctoritate tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illisque omnibus, & singulis inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus, illasque non solum in praedictis Hispaniarum Regnis, sed in quibusvis Christiani Orbis partibus firmiter, & inviolabiliter observari praecipimus, & mandamus.

Immo plenius contra hujusmodi sollicitates in confessionibus, & eorum occasione dispoit.

§. 4. Ac praeterea ne in futurum de poena his delinquentibus imponenda, & de modo contra eosdem proceden. aliquo modo dubitari possit, statuimus, decernimus, & declaramus, quod omnes, & singuli Sacerdotes tam seculares, quam quorumvis, etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apostolicae immediate subsectorum Ordinum, Institutuum, Societatum, & Congregationum Regulares cujuscumque dignitatis, & praerogativae, aut quovis privilegio muniti existant qui personas, quocumque illa sint, ad inhonesta, sive interfecta, sive cum aliis quomodolibet perpetranda in actu Sacramentalis confessionis, sive antea, vel post immediate, seu occasione, vel praetextu confessionis hujusmodi etiam ipsa confessione non sequuta, sive extra occasionem confessionis in Confessionario, aut in loco quocumque, ubi confessiones Sacramentales audiuntur, seu ad confessionem audiendam electo, simulantes ibidem confessiones audire, sollicitare, vel provocare tentaverint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, sive tractatus habuerint, in officio Sanctae Inquisitionis severissime, ut infra, puniantur. Et praeterea omnes haereticae pravitatis Inquisitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum, Provinciarum, Civitatum, Dominiorum, & locorum universi Orbis Christiani in suis quemque Dioecibus, & Territoriis per has nostras literas, etiam private quoad omnes alios specialiter, ac perpetuo Judices delegamus, ut super his contra praedictos, simul, vel separatim in omnibus, prout in causis fidei, juxta Sacrorum Canonum formam, nec non officio Inquisitionis hujusmodi Constitutiones, privilegia, consuetudines, & decreta diligenter inquirant, & procedant; & quos in aliquo ex hujusmodi nefariis excessibus culpabiles repererint, in eos pro criminum qualitate, & circumstantiis, suspens. ab executione ordinis, privationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcumque, ac perpetuae inhabilitatis ad illas, nec non vocis activae, & passivae, si regulares fuerint, exilii, damnationis ad tres menses, & carceres etiam in perpetuum absque ulla spe gratiae, poenas decernant, eos quoque si pro delicti enormitate graviore poenas meruerint, debita praecedente degradatione, Curiae seculari puniendos tradant.

§. 5. Dantes etiam facultatem Venerabili-

Cardinalibus Inquisitoribus generalibus atque biterum circa probationes, & poenas concedit.

Obstantia tolluntur.

Confessarii scientes ab aliis poenitentes fuisse sollicitatos moneantur, ut inquisitoribus vel ordinariis denuncient.

Transumptis credendum.

Publicatio in Urbe omnes afficit.

Dat. die 30. Augusti 1622. An. II.

bilibus Fratibus Nostris S. R. E. Cardinalibus generalibus Inquisitoribus, ne delictum tam enorme, & Ecclesiae Dei tam perniciosum remaneat, ob probationum defectum, impunitum, cum difficilis sit probationis, testibus etiam singularibus concurrentibus, praesumptionibus, indicibus, & aliis adminiculis, delictum probatum esse arbitrio suo judicandi, & Curiae seculari, ut praefertur, reum tradendum esse, pronuntiandi.

§. 6. Non obstant, omnibus, quae dictus Praedecessor in suis literis praedictis voluit non obflare, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Mandantes omnibus Confessariis, ut suos poenitentes, quos noverint fuisse ab aliis, ut supra sollicitatos, moneant de obligatione denunciandi sollicitantes, seu ut praefertur, Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis praedictis, quod si hoc officium pretermiserint, vel poenitentes docuerint non teneri ad denunciandum Confessarios sollicitantes, seu tractantes, ut supra, iidem locorum Ordinarii, & Inquisitores illos pro modo culpa punire non negligant.

§. 8. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra ubique habeatur, quae praesentibus haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

§. 9. Quodque eadem praesentes literae, seu illarum exempla ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranen., ac Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Florae affixae, omnes ita astant, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatae fuissent.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 30. Augusti 1622. Pont. Nostri Anno II.

LXXIV.

Indultum Congregationis Fratrum Jesuatorum S. Hieronymi, ut a locorum Ordinariis approbati possint in Parochialibus Ecclesiis Domorum Regularium ipsius Congregationis dumtaxat Parochianorum confessiones audire.

Alia de hoc Congregatione vide in Constitut. XXII. Ineffabile. Marrini V. Tom. III. Par. II. fol. 461. Et Constitut. XXXVII. Religiosos viros. Pauli V. Tom. V. Par. III. fol. 180.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX injuncto Nobis desuper apostolicae servitutis officio, Christianissimum sub suavi religionis jugo Altissimo famulantium votis, iis praesertim, quae ad divini cultus augmentum, & fidelium animarum

salutem faciunt, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Indultum, de quo in rubric.

§. 1. Volentes itaque dilectos filios Visitatores generales, ac Fratres Congregationis Jesuatorum Sancti Hieronymi sub Regula Sancti Augustini favore prosequi gratiae specialis, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existant ad effectum dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis per dilectum filium Joannem Antonium Gallum dicti Ordinis Procuratorem generalem, super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis ejusdem Congregationis Fratibus, qui a locorum Ordinariis approbati fuerint, ut in Parochialibus Ecclesiis domorum regularium ipsius Congregationis dumtaxat Parochianorum earundem Ecclesiarum sacramentales confessiones audire, ac illis iniunctis iniungendis absolutionem impendere salutarem libere, & licite valeant, apostolica auctoritate, tenore praesentium concedimus, & indulgemus, ac licentiam, & facultatem impartimur.

Derogatio contrarium.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon dictae Congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis quibusvis personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides transumptorum.

§. 3. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quae eisdem praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 30. Augusti 1622. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Dat. die 30. Augusti 1622. An. II.

per hoc alijs derogatum non intendimus, & de consensu praestando in pensionibus, & quibuscumque alijs, etiam per Nos, & Sedem praedictam editis, & imposterum edendis Cancellaria Apostolica regulis, ac stylo in similibus haecenus observato, ac recolenda memoriae Alexandri VI. tertiam partem bonorum Ecclesiasticorum Camerae praedictae deberi inter alia disponente, ac quorumvis aliorum Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum, ac quibusvis alijs Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, nec non quorumvis Ecclesiarum, Monasteriorum, Ordinum, Collegiorum, Militiarum, & Officiorum dictae Curiae, ac Urbis, aliarumque Civitatum, & locorum, ac Camerae praedictorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & literis apostolicis dictis Ecclesijs, Monasterijs, Ordinibus, & Hospitali, illorumque Praesulibus, ac Superioribus, Magistris, Praeceptoribus, ac Militibus, Capitulis quoque, Conventibus, Civitatibus, & locis, aliisque praedictis, necnon illorum Communitatibus, ac etiam vestigalis vini hujusmodi Exactoribus, & Appaltatoribus, seu redemptoribus, & quibusvis alijs personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatorijs, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores nostros, ac etiam Nos, & Sedem praedictam etiam consistorialiter, etiam de eorumdem Cardinalium consilio, etiam per modum statuti, & constitutionis perpetuorum, ac motu, & scientia similibus, deque apostolicae potestatis plenitudine, vel ad Imperatoris, Regum, Reginae, Ducum, & aliorum Principum instantiam, seu illorum contemplatione in genere, vel in specie, ac alijs quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, etiam si in eis, ac statutis praedictis caveatur expresse, quod Exactores, & Appaltatores vestigalis praedicti, vestigal hujusmodi etiam ab exemptis exigere, ac illos ad solutionem, seu contributionem cogere, & compellere possint, seu debeant; quodque Praeceptoriae, & alia beneficia quaecumque dicti Hospitalis tam ex eorum institutione, quam ex stabilimentorum dispositione pensionibus, clericis secularibus, & alijs personis etiam apostolica auctoritate reservandis, gravari non possint, quodque stabilimentis, ac privilegijs praedictis, etiam vigore implicitae derogationis latissime extendendae, etiam si per quascumque literas apostolicas, ac quavis, etiam derogatoriis derogatorias, efficaciores, & insolitas clausulas, derogari non possint, nec derogatum censetur, nisi derogatio hujusmodi de consilio Cardinalium eorumdem fiat, & tum demum Magistri, & Conventus praedictorum ad id accedat assensus, sintque

literae derogationis hujusmodi, etiam per dictum Magistrum subscriptae, ac illi, & praedictis Conventui per diversas in forma Brevis, & alias literas diversis temporibus cum certis intervallis praesentatas intimatae, & non alijs, nec alio modo, & semper in omnibus, quae sic fuerint, etiam de simili consilio derogationes, sit apposita clausula, quod illarum effectum fortiantur, de consensu Magistri, & Conventus praedictorum, & non alijs, nec alio modo; Quibus omnibus, illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro expressis habentes, illis alijs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat in genere, vel in specie ad effectum praesentium sufficienter, & expresse derogamus, ac derogatum esse decernimus, caeterisque contrariis quibuscumque.

§.17. Volumus autem, & apostolica auctoritate decernimus, quod privilegia hujusmodi infra scriptis assistentibus dumtaxat suffragentur. Nomina autem assistentium praedictorum sunt haec videlicet: Afcanius Constantinopolitanus, & Deiphebus Hierosolymitanus Patriarcha, Petrus Ardmacan., Galeatus olim Baren., Attilus Athenarum, Ulpianus olim Theatin., Paulus Aemilius Amalphan., Dominicus Januen., Philibertus Taurinen., Andreas Messanen., & Alphonfus Rhodien. Archiepiscopi, Marinus Brixien., Paulus olim Iherien., Berlingierius olim Ariminen., Jacobus Vercehlen., Antonius Vigilien., Petrus Antonius Trojan., Joannes Baptista Nolan., Antonius Casertan., Alphonfus Anglonen., & Joannes Vincentius Tagastan., Tiberius Efin., Isidorus Alten., & Carolus Montis Regalis Episcopi.

§.18. Volumus etiam, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibeatur, quae ipsis praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 17. Augusti 1622. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Die quinta Septembris 1622. supra dictae literae Apostolicae in forma Brevis expeditae, exhibitae fuerunt in Camera Apostolica, & ex illius decreto commissa per Illustr. & Reverend. D. Hieronymo Vidono ejusdem Camerae Clerico, & die 19. ejusdem mensis, citato prius R. P. D. Antonio Cicalotto praedictae Camerae Generali Commissario, ex decreto ejusdem Reverendissimi Domini Vidoni desuper facto admittae pro ducatis mille, ut in eis, quoad facultatem testandi, quo vero ad praesentiam exemptionem pro sex vegetibus vini cum clausula, quatenus alijs habeant similem exemptionem, & existant in illius quasi possessione; & quoad facultatem disponendi de bonis jurisdictionalibus, sine praedictis iurium Camerae, & praecedente tamen licentia

Nomina Assistentium Cappellae quibus haec privilegia conceduntur.

Transumptis sedes dari mandat.

Dat. die 17. Augusti 1622. An. II.

tia Sedis Apostolicae, juxta formam Bullae Sixti Quinti, & aliorum Summorum Pontificum, & non aliter &c., ac alijs, juxta formam protestationis dicti Domini Commissarii desuper factae, ad quam &c., & registratae in libris ipsius Camerae penes me illius Notarium existentibus, nempe libro diversorum fol. 95. & seqq. Et in fidem &c.

Joannes Baptista Cennus &c.

LXXII.

Confirmatio Privilegiorum omnium, & Indulgentiarum tam per viam extensionis, quam alijs concessorum, ac communicatio singularum gratiarum tam spiritualium, quam temporalium, quibus Congregationes Cassinenses, & Canonicorum Regularium Sancti Salvatoris Bononiensis fruuntur, & gaudent, Congregationi Lateranensi Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini.

De Congregatione Canonicorum Regularium S. Salvatoris vide in Gregor. XII. Constitut. III. Excitat. Tom. III. Par. II. fol. 409.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Injuncti Nobis apostolici muneris ratio postulat, ut sacrarum religionum gratos Domino fructus assidue praestantium paternam curam gerentes, privilegia, gratias, & indulta illis a Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris concessa, quo validius perpetuo subsistant, apostolicae confirmationis robur libenter communicamus.

§.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Jacobus a Bononia Procurator Generalis Canonicorum Regularium Congregationis Lateranensis Ordinis S. Augustini, quod nonnulla Monachorum Congregationis Cassinensis Ordinis Sancti Benedicti, & alia diversa privilegia, gratiae, & indulta a diversis Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris, eidem Congregationi Lateranensi tam per viam communicationis, & extensionis, quam alijs concessa fuerunt.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Jacobus praedictus plurimum cupiat, privilegia, gratias, & indulta hujusmodi pro eorum majori validitate, & subsistentia, apostolicae nostrae confirmationis robore communiri; & alia privilegia eidem Congregationi Cassinensi hucusque concessa, dictae Congregationi Lateranensi concedi: Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut super praemisissis opportune providere de benignitate apostolica dignareretur.

§.3. Nos igitur Jacobum praedictum specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, ipsumque, ac singulares dictae Congregationis personas a quibusvis excommu-

nicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententijs, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnia, & singula privilegia, gratias, & indulta praedicta, per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores nostros eidem Congregationi Lateranensi, tam per viam communicationis, & extensionis, quam alijs, ut praesertur, concessa, dummodo tamen sint in usu, & non sint revocata, neque sub aliquibus revocationibus comprehensa, Sacrisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, & Romanorum Pontificum Praedecessorum nostrorum, ac nostris Constitutionibus non adversentur, apostolica auctoritate, tenore praesentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiciamus, ac quatenus opus sit, dictae Congregationi Lateranensi de novo concedimus.

§.4. Praeterea eidem Congregationi Lateranensi, illiusque Abbatibus, Superioribus, Canonicis, aliisque personis, quod omnibus, & singulis alijs privilegijs, gratiis, & indultis tam spiritualibus, quam temporalibus, tam eidem Congregationi Cassinensi in hunc usque diem, quam Congregationi Canonicorum Regularium Sancti Salvatoris Bononiensis, illiusque Abbatibus, Superioribus, & personis quibuscumque, etiam, ut praesertur, aut alijs quomodolibet, per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores nostros, ac etiam Nos, concessis, ac quibus utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, dummodo similiter sint in usu, & non sint revocata, neque sub aliquibus revocationibus comprehensa, nec Sacris Canonibus, ac Concilii praedicti decretis, aut Constitutionibus Apostolicis repugnent, pari modo uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, auctoritate, & tenore praesentis etiam concedimus, & indulgemus.

§.5. Decernentes, praesentes literas perpetuo validas, firmas, & efficaces existere, & fore, ac primordiate Congregationi, aliisque praedictis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.

§.6. Siquae per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.7. Non obstante nostra de gratiis ad instar non concedendis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Ordinis, & Congregationis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, pri-

cessa eidem Congregationi, & confirmata.

Aliaque Congregationibus Cassinensium, ac Canonicorum Regularium S. Salvatoris quomodolibet concessa, eidem communicat.

Clausulas praeservativas ponit.

Aliiter iudicanda irritata.

Contraria non obstat decernit.

Qui omnia privilegia tam per viam communicationis, quam alijs con-

tes, illis aliis in suo robo e permanuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 11. Februarii 1602. Pontificatus nostri Anno XI.

§.15. Subinde vero pro parte tunc existentis Procuratoris generalis ejusdem Congregationis Nobis exposito, quod numerus domorum, seu conventuum, & aliorum regularium locorum dictae Provinciae Sancti Augustini (ita benedicente Domino) excreverit, ut praedicta S. Augustini in plures Provincias dividi posse, & dictae Congregationis futurum foret, si illa de cetero per unum illius Vicarium genereretur, & gubernaretur.

§.16. Nos supplicationibus ejusdem Procuratoris generalis nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, dilectis filiis nunc existenti Priori Provinciali, ac aliis superioribus, & Fratribus dictae Congregationis, praedictam S. Augustini in plures Provincias, prout domorum, Conventuum, & aliorum regularium locorum opportunitas fuisset, arbitrio tamen Venerabilis fratris nostri Antonii Episcopi Oltiensis, Cardinalis Saulii nuncupati, dicti Ordinis apud Nos, & Apostolicam Sedem protectoris dividere.

§.17. Nec non unum Vicarium generalem ejusdem Congregationis, qui ipsi Congregationi praesidet, eamque reget, & gubernaret, canonice eligere, libere, & sicut possent; ita tamen, ut nullatenus praedictaret superioritati, & auctoritati Prioris generalis dicti Ordinis, sed eidem Vicario Provinciali, & Fratribus Discalceati praedicti subjeti remanerent in omnibus, & per omnia, sicut prius erant, Apostolica auctoritate licentiam, & facultatem concessimus, & impartiti sumus, prout in nostris in simili forma Brevis sub die 5. Junii 1621. expeditis literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§.18. Cum autem, sicut accepimus, praedictus Antonius Episcopus, & Card. in vim, & executionem literarum nostrarum hujusmodi Capitulum generale desuper celebrari mandaverit, & dilectum filium Gabrielem de Conceptione ejusdem Congreg. Procuratorem gener. in hujusmodi Capituli generalis Praesidentem elegerit, constituerit, & deputaverit, dans illi auctoritatem dividendi Provincias, prout Capitulo generali praedicto expedire visum fuisset, prout in ipsius Antonii Episcopi, & Card. desuper confectis patentibus literis plenius dicitur contineri.

§.19. In Capitulo autem generali hujusmodi dilectus filius Hieronymus de Resurrectione, ipsius Congregationis professor, in ejusdem Congregationis Vicarium generalem electus fuerit, ac praedicta S. Augustini in quatuor Provincias, videlicet S. Augustini in Regnis Castellae novae, & veteris, B. Mariae de Pilar in Regnis Aragoniae, &

Cathaloniae, Beati Thomae de Villanova in Regnis Valentiae, & Beticae, ac S. Nicolai de Tolentino in Iudis Philippinis divisa, necnon quatuor Provinciales, alique Officiales necessarii electi.

§.20. Et postmodum profelici, ac prospero ipsius Congregationis regimine, & progressu constitutiones, & decreta edita respective fuerint, tenoris subsequentiis videlicet.

§.21. Quod omnes electiones tam Vicarii generalis, Definitorum, & Procuratorum generalium Romanae Curiae, ac Regiae, & Secretarii generalis, quam Priorum Provincialium, & Conventuum, Rectorumque Collegiorum, fiant in Capitulis generalibus tam ex praesentibus, quam ex absentibus Congregationis.

§.22. Item quod Vicarius generalis totius Congreg. praesit, eamque regat, atque gubernet cum omnimoda potestate, sicut habet Reverendissimus P. Generalis in toto Ordine tam ex jure, quam ex privilegiis, sine tamen praedictio ejusdem Patris Generalis, & facultatum sibi in dictam Congregationem concessarum, & competentium.

§.23. Quod officium, & potestas Vicarii generalis per sex annos duret, quibus finitis, eo ipso illius potestas, & auctoritas absque alia renunciazione expiret, & novus Vicarius generalis eligatur, & nisi intermissio alio sexennio, iterum in Vicarium generalem non eligatur.

§.24. Item, quod Definitor primus omnibus Capitulis generalibus dictae Congregationis, quando eligendus est novus Vicarius generalis praesidet usque ad electionem novi Vicarii generalis.

§.25. Quod non fiant Definitores Provinciales, sed tantum quatuor Definitores generales, singuli ex singulis Provinciis, quorum consilio, & interventu ipse Vicarius generalis uti debeat tum in gravioribus controversiis, causis, & appellationibus universae Congregationis, & singulorum Fratrum expediendis, tum in Provinciarum, singulorum Monasteriorum, & domorum reformatione, ac regulari observantia dirigenda.

§.26. Item, quod Vicarius generalis sine consilio, & consensu Definitorii generalis nullum Religiosum ad poenas gravillimas, vel privationem habitus, & alia hujusmodi condemnare possit.

§.27. Item, quod Vicarius generalis ad minus singulis sex mensibus convocare, & congregare debeat quatuor Definitores generales ad discernendas, & judicandas causas Fratrum, & Conventuum, & ad tractandum de statu, & reformatione totius Congregationis, & officia tunc temporis vacantia providenda, quae usque ad proximum Capitulum generale perdurabunt.

§.28. Item, quod Definitores generales, & Priores Provinciales triennales sint, & in eisdem, vel similibus officiis, nisi transacto altero triennio, eligi non possint.

§.29. Item, quod Priores Conventuum, ac Rectores Collegiorum, Procuratores, &

Postmodum in Capit. multa edita fuerunt decreta, prout infra.

De Officiali electione, & ubi facienda.

De Vicario Generali in totam Congregationem auctoritate.

De duratione officii Vicarii Generalis.

De Praesidente Capituli generalis.

De Definitoribus.

De Vic. Generali, ac Definitoris generalis simul potestate.

De negociis, singulis quibuscumque sex mensibus expediendis.

De Definitorum Generalium, Priorumque Provincialium duratione.

De Priorum, Rectorum, Procuratorum, & Secretariorum.

Secretarii Provinciales etiam durent ad tres annos, & nisi intermissio anno cum dimidio, in eisdem, vel similibus officiis eligi non possint, nisi novem Patribus Definitorii generalis, pro altero triennio eligi, convenire videbitur.

§.30. Item, quod Secretarii, & Procuratores generales tam Curiae Romanae, quam Regiae, etiam durent ad tres annos nisi Pater Vicarius generalis, & Definitores generales esse conveniens judicaverint, ut pro altero triennio eligantur.

§.31. Item quod Capitulum generale Congregationis tertio quoque anno celebretur Dominica tertia post Pascha Resurrectionis, illudque in singula triennia indicendi, & convocandi Vicarius generalis curam habeat.

§.32. Atque in eodem Capitulo singulis triennii novi Definitores generales, Priores provinciales, & Conventuales, Rectores Collegiorum, Procuratores generales, ac Secretarii provinciales, necnon Procuratores, & Secretarii Provinciales eligantur, sicque sexto quoque anno in Capitulo generali novus Vicarius generalis eligi debeat, qui statim confirmetur a Praesidente Capituli absque praedictio constitutionis faciendae a Patre Generali.

§.33. Item, quod ad Capitulum generale dictae Congregationis convenire teneantur praeter Vicarium generalem praesentem, & absolutum illius sexennii tantum, quatuor Definitores generales, Procurator generalis Regiae Curiae, & Secretarius generalis, & ex unaquaque Provincia Provincialis cum Definitore, & discreto; electio in Capitulis Provincialibus, quae fieri debeat suo tempore infra ultimum annum triennii, antequam celebretur Capitulum generale, qui omnes solummodo vocem habebunt ad eligendum Vicarium generalem, quatuor Definitores generales, Secretarium, ac Procuratores generales, & Priores Provinciales.

§.34. Item, quod ad eligendum Priores Conventuum, Rectores Collegiorum, Procuratores, ac Secretarios Provinciales solum conveniant, & habeant vocem novem Patres, scilicet Vicarius generalis praesens, & absolutus illius sexennii, quatuor Definitores generales absoluti, & Provincialis absolutus illius triennii simul cum Definitore, & discreto illius Provinciae, cuius officio fuerint, quae providenda sunt, quia majorem notitiam habebunt de statu Provinciarum.

§.35. Item, quod si Vicarius generalis ante finitum tempus sui muneris a vita migraverit, vel ab officio amotus fuerit, Vicarius absolutus, & eo deficiente, Provincialis, in cuius Provincia mortuus fuerit, toti Congregationi praesideat, locum, & potestatem Vicarii generalis habeat usque ad Dominicam tertiam post Pascha Resurrectionis proxime futuram, in qua celebrari faciat Capitulum generale pro electione novi Vicarii generalis, & tunc noviter electus, munus suum exerceat non solu usque

De Secretariorum, & Procuratorum Generalium duratione.

De Capituli Generalis celebratione.

De Officiali in d. Capitulo eligendorum numero.

De his, qui convenire debent ad Capitulum generale, ac habentibus vocem in electione Vicarii Generalis.

De his, qui habent vocem in electionibus Priorum, Rectorum, Procuratorum, & Secretariorum Provincialium.

Quid agendum sit in casu mortis Vicarii generalis, vel absolutiois ab officio antequam tempus sui muneris.

ad Capitulum, in quo faciendae sunt omnes electiones, sed etiam persequens triennium.

§.36. Item, quod si Vicarius generalis irreligiose vixerit, vel in sui officii administratione male se gesserit, ad Definitorium generale in Capitulis generalibus ejus culpas corrigere, & castigare pertineat.

§.37. Item, quod Priores provinciales (durante suo officio) eam auctoritatem, & potestatem habeant in tota Provincia, quam ceteri Provinciales habere consueverunt, dummodo instituta dictae Congregationis non adveniant, vel a Capitulo generali ejus potestas non fuerit limitata.

§.38. Item, quod in Provincia Indiarum Philippinarum propter magnam loci distantiam in suis Capitulis Provincialibus, quae fieri debent singulis trienniis, eligantur Provinciales, quatuor Definitores provinciales, Priores Conventuum, & alii officiales, qui in similibus Capitulis Provincialibus eligi solent, nisi aliter aliquando Capitulo generali videbitur expedire, servata semper constitutione generali totius Congregationis.

§.39. Item quod nullus Religiosus laicus totius Congreg. possit ascendere ad aliquem Ordinem, neque ad Clericatum absque licentia Summi Pontificis, sed quod semper maneat in sua professione.

§.40. Nos ad uberes, & suaves fructus, quos ejusdem Congregationis professores in militanti Ecclesia in dies afferunt, paternae dirigentes considerationis intuitum, & ut eadem Congregatio majoribus proficiat incrementis, ac omnia, & singula praemissa ab omnibus, ad quos spectat, firmiter, & inviolabiliter observentur, quantum cum Domino possumus, providere, ac Gabrielem, & Fratres praedictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praemissorum dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, electionem Vicarii generalis, ac divisionem Provinciarum in Capitulo generali, ut supra factas, nec non Constitutiones, & Decreta praeserta hujusmodi, Apostolica auctoritate tenore praesentium approbamus & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus; ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervernerint, supplemus.

§.41. Et insuper has quatuor Provincias, sic, ut praesertur, divisas, in unam Congregationem Fratrum Discalceatorum S. Augustini nuncupandam, & per unum illius Vicarium generalem, modo, & forma praemissa, regendam, & gubernandam, cum omnibus, & singulis privilegiis, facultatibus, & Indultis eisdem Fratribus tam in

De potestate Vicarii Generalis, irreligiose viventi, aut male administrati infligendis.

De auctoritate Priorum, Provincialium in tota Provincia durante suo officio.

De Officialibus in Provincia Indiarum Philippinarum eligendis.

De laicis Congreg. ad Ordinem, seu Clericatum non promovendis.

Nunc iste Pontif. electionem Vic. Gen. divisionem Provinciarum, ac decreta praeserta omnia approbat, & confirmat, sup. pleque defectus.

Ac praedictas quatuor Provincias in unam Provinciam S. Augustini nuncupandam (quatenus opus sit) de novo erigit, & instituit.

generis, quam in specie, ac alias quomodolibet tam per Nos, quam per alios quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros concessis, auctoritate, & tenore prædictis de novo, quatenus opus sit, erigimus, & institimus.

§. 42. Nec non eisdem Fratribus Discretis, ut omnibus, & singulis privilegiis, gratis, & indultis tam spiritualibus, quam temporalibus, dummodo sint in usu, & non sint revocata, neque sub aliquibus revocationibus comprehensa, ac Sacri Concilii Tridentini Decretis, & Constitutionibus Apostolicis, non adversentur, & quibus alii Ordinis Sancti Augustini Fratres utuntur, potiuntur, & gaudent, pari modo uti, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus.

§. 43. Decernentes, præsentis literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Congregationi, & Fratribus prædictis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.

§. 44. Sicque ab omnibus censeri, & ita per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 45. Non obstantibus omnibus illis, quæ in dictis literis concessa sunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 46. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxx. Augusti 1622. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

LXXVI.

Confirmatio foundationis Collegii Anglicani in Civitate Ulyssiponensi pro Alumnis Anglis.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Illantis Ecclesie regimini divina dispensatione, nullo meritorum suffragio, præfidentes, Christiani quorumlibet votis, iis præsertim, quæ ad fidei catholicæ propagationem, animarumque salutem pertinere dignoscuntur, libenter animimus, eaque favoribus prosequimur oportunitis.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Benetus Cleri

Anglicani apud Sedem Apostolicam Agens, quod dilectus etiam filius Petrus de Coutinhon Portugallen. periclitanti apud Anglos fidei catholicæ pro suis viribus succurrere cupiens, in Civitate Ulyssiponensi Seminarium, in quo Anglicanæ Nationis Juvenes pietate, & doctrina instituerentur, ut mature jam in Patria reversi fidei tuendæ, & propagandæ sedulam navarent operam, fundavit, dictoque Seminario pro ejus dote, ac alumnorum pro tempore existentium sustentatione redditus annuos usque ad summam quingentorum scutorum auri ascendere, & pro Domibus, vel emendis, vel extruendis quinque millia scutorum similibus assignavit, quibus, & plura impostum in operis hujus incrementum additum se spondet. Immediatum vero regimen hujus Seminarii penes eundem Clerum Anglicanum prædictum Fondator esse voluit, ita tamen, ut Supremum Lusitanie Inquisitionis Tribunal. & ipse demum modernus Generalis Inquisitor, & ejus pro tempore Successores Rectori præficiantur, & Collegio, qui totius administrationis rationem exigendi jus, & potestatem habeant.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat tam Joannes, quam Petrus prædicti plurimum cupiant, fundationem Seminarium, ut præfertur, factam, apostolicæ confirmationis robore communiti. Nobis propterea humiliter supplicarunt, ut in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur Joannis, & Petri prædictorum votis, quantum cum Domino possumus, benigne annuere, illosque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus hujusmodi inclinati, fundationem dicti Seminarium per dictum Petrum, ut præfertur, factam, apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 4. Nec non eisdem Seminario, Rectori, & Alumnis pro tempore existentibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, gratis, & indultis tam spiritualibus, quam temporalibus, quibus alia hujusmodi Seminarium, eorumque Rectores, & Alumni utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, pari modo uti, frui, potiri, & gaudere, libere, & licite valeant, concedimus, & indulgemus.

§. 5. Decernentes præsentis literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, irritumque, & inane, si secus super

Civitate Ulyssiponensi erigatur.

Atque datur.

Petitur confirmatio Pontificia.

Confirmat Gregorius.

Ceterorumque Collegiorum privilegia ei concedit.

Clausula.

his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

§. 6. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut ejusdem Seminarii Alumni pro tempore existentes, juramentum de redeundo in Angliam suo tempore, & aliis per aliorum Seminariorum hujusmodi Alumnos præstari solitum, præstare omnino teneantur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 22. Septembris 1622. Pontificatus nostri Anno Secundo.

LXXVII.

Declaratio, & approbatio Privilegiorum Notarii Archiconfraternitatis Charitatis de Urbe circa transmissiones Commissariorum in causis extra Urbem; ac registrationem compositionum, liberationum, ac quarumcumque gratiarum a Sacra Consulta concessarum.

Approbationem hujus Confraternitatis, cum aliis Constitutionibus ipsius materiam tanquam videre poteris in Leon. X. Const. 40. Illius. Tom. III. Par. III. fol. 473.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

Exigit creditum Nobis desuper Apostolicæ servitutis officium, ut ad ea, per quæ litibus, & controversiis inter Christianos quoslibet, præsertim in Alma Urbe nostra degentes, vertentibus occurritur, libenter intendamus, ac desuper ejusdem officii partes favorabiliter interponamus, prout conspiciamus salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, proposita alias sub die 10. Decembris Anni Domini 1621. in Congreg. Venerab. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardini. negotiis Status nostri Ecclesiastici præpositorum, causa privilegiorum Archiconfraternitatis S. Hieronymi Charitatis nuncupat. de Urbe, inter cætera sub die 9. Martii præsentis anni decretum fuerit, quod Commissarii, sive per literas in simili forma Brevis a Romano Pontifice pro tempore existente, sive per literas patentes ejusdem Congress. transmissi, teneantur assumere Notarium dictæ Archiconf. quodque in posterum non commit-

Privilegium circa commissiones causarum extra Urbem, & assignationes Notarium emanarum per nonnulla decreta.

tantur cause alicui Tribunali, nisi post transmissionem Commissariorum, & viso processu per eos fabricato, & postmodum Venerabilis frater noster Octavius Episc. Prænestin. Bandinus, & dilectus filius noster Petrus Paulus tit. SS. Nerei, & Achillei Presb. Card. Crescentius nuncupati a Nobis in omnibus controversiis occasione præmissorum ortis, & oriundis specialiter deputati, infra scripta decreta ediderint, tenoris subsequenti videlicet. Sanxerunt, quod ad singulos infra scriptos Commissarios jam transmissos, amotis Notariis aliorum Tribunalium, quos ipsi secum duxerunt, accedant Notarii officii Charitatis, qui apud eos in commissionibus scribant cum perceptione viaticorum, & aliorum solitorum emolumentorum a die, quo ista Commissiones incæperunt, videlicet: Ad Bulgarellum in causa Saxoferrati vulnerum, in alia Britonorien. exemptionis e manibus Curie, & in tertia Assisen. homicidii de Sorbellis, pro quibus secum duxit juvenem ex officio Luca de Carolis Aud. Cam. Notarii. Et ad Colangelum, qui pariter ducto secum alio juvene ex officio ejusdem Luca de Carolis, Beneventum profectus est in causa Beneventana homicidii. Præterea statuerunt, quod nullatenus censeatur illatum aliquod præjudicium privilegiis Charitatis, circa transmissionem Not. cum Commiss. tam per Breve, quam per literas S. Consultæ hætenus expeditis, etiam si constaret hujusmodi Commissarios aliquando secum duxisse alium Notarium, quam Notarium officii Charitatis.

§. 2. Insuper decreverunt, quod registrantur in actis Notarii Charitatis juxta morem consuetum salvo conductus, arresta, compositiones, transactiones, liberationes, & gratiæ quæcumque remigantibus alicuius personis faciendæ per S. Consultam cum omnibus scripturis ad prædicta faciendis, nisi tamen causæ reorum, quorum occasione præmissa faciendæ sunt, reperiantur introductæ in Tribunali Auditoris Camera; aliis omnia, & singula præmissa per alium Notarium rogata, & registrata respective, nulla sint.

§. 3. Nos inviolabili decretorum hujusmodi observationi, quantum cum Domino possumus, prospicere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, decreta prædicta apostolica auctoritate, tenore præsentium, approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiciamus.

§. 4. Decernentes, præsentis literas, & in eis contenta quæcumque ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari.

§. 5. Sicque, & non aliter per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

1622.

Aliud privilegium circa gratias S. C. concedendas.

Pont. modo approbat Decreta dd. privilegiorum.

Jubetque illa observari.

Sublata alicuius judicandi potestate.

Non